

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius Josua Arnd

Diatribae Philologicae Pentas Secunda

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72961705X>

Druck Freier  Zugang



Ruprecht 1645
Gasper Maunius 2)
Iosua Arnd



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72961705X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72961705X/phys_0002)

DFG

DIATRIBÆ PHILOGICÆ
PENTAS
SECUNDA

PRÆSIDE

Viro Clarissimo, Excellentissimo

DN. M. CASPARO MAURITIO,
Log. Prof. Publ.

*Rostochi Auditorio Magno representata
ad d. 15. Octobr.*

JOSUA ARNDIO,
Auctore & Resp.

—(o)—

ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILI, Academia Typographi.

ANNO M. DC. XLV.

1645





ILLUSTRISSIMIS, CELSISSIMIS
PRINCIPIBUS AC DOMINIS
DN. GUSTAVO RUDOLPHO,
DN. FRIDERICO,
Ducibus Meckelburgi &c. Dominis meis
indulgentissimis
D.D.

SI OBTINET QUOD VULGO DICIMUS ομοκαπνοτες ESSE DEBERE OMOTIMOTS, ILLUSTRISSIMI DOMINI, QUID PECCAVERO SI IN CELSISSIMUM VESTRUM FASTIGIUM IDEM ACCIDERE VOLUI.

ego V. V. C. C. I. I.

*addictissimus
submissimus
tliens*

Auctor.



CUM DEO!

THESIS I.

*Non est statim Poëta qui scit versiculum
pangere.*



Ui vulgò fluit versiculus quasi plenus Apolline vates habetur, Poëta egregius est, cum quid requiratur in Poëta vix decumus quisq; capiat. Verus Poëta & qui hoc nomen sibi jure vindicat, hasce possideat virtutes: Prudentiam, varietatem, efficaciam, suavitatem, vel, verbo, sit in structus à natura, informatus ab arte, exercitatione & summorum ingeniorum imitatione exultus, deniq; cœlesti & divinâ quâdam vi præditus, ad summam, Omnia teneri & possideri à Poëta debent. Hoc requirit Viperan. Poët l. i. c. 4. & 3. illud in admirabili opere de Poëticâ Jul. Cæsar Scalig. Id, c. 24. & seqq. Quod qui non legit scriptum, næ ille fateatur se non esse Poëtam. Nam post Petronij Arbitri tempora quid Poëta sit neminem melius scivisse censeo quam I. C. Scaligerum Petron. Satyric. p. m. 62. edit. Wower. felicissimâ brevitato officium veri Poëtæ hisce complectitur: Non res gestæ versibus comprehendendæ sunt, quod longè melius historici faciunt, sed per ambages, deorumq; ministe-

nisteria, & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religiosæ orationis sub testibus fides. Ibidem præter Homerū & Virgilium quibus Horatiū & Lyricos addit Poëtas agnoscit nullos. Et I.C. Scaliger Hypercrit. fin. soli Virgilio aras statuit. Certe si Lucanus coram Criticis Poëtæ nomen tueri non potest, quanto minus nostræ similitudinæ, quæ ut versum pedibus instruere cœperunt continuò putant se in Heliconem venisse. Poeta igitur non est qui scit tantum versum fundere, sed versificator.

II.

Eὐπειρίστης ἀμάρτια Ἡβ 12, 1. est peccatum variis circumventum περιστέσσι. periculis.

[Hæc interpretatio & mentem Apostoli plenè interpretabitur, & proximè analogiā accedit grammaticam. Nam & illa in talib. non negligenda, ne dum summa consequamur, offendamus pedem. Polyb. de Athen. loquens ἀπεργισατον πασῶν dicit duplicitenergia, statum quietum (nam hoc πασῶν est) nullis circumventum periculis, seu quem nulla circumstant pericula. Nam hoc verbum aptissimè explicat Græcum. Quò & vulgò utimur: nos circum stant mille pericla &c. Hinc περισάμενον κακόν, circumstans periculum, & περιεγκόν dicuntur, quæ nos circumstant quasi & in angustum cogunt. Inde περιστοι propriè corona quæ aliquem circumstat, unde περιστοι ποῖον dicitur populus agyrtam aliquem circumstans, qui tum est περιστος, quomodo & Harpocration apud Dinarchum exponit, Salmas, de fœn. Trapez.

l. 2. Ab

I. 2. Ab eodem fonte manat quod περισάστης sumitur pro extremo vel certe arduo discrimine quo quis in tumultu seditioso quasi circuminctus prematur, quali Phalar. ep. 49. se excidisse patriā queritur, κατὰ περισάστην. Budæus: casus circumstans aliquem. Ita Liv. Tot circumstantib. malis. Tacit. hist. l. 4, c. 29. Circumsteterat Civilem & alius metus. Orat c. 8. Paupertas & angustia rerum nascentes circumsteterunt quasi corona circulatores. Nam ita Comicis Tragiciq; sumitur, turba nimirū quæ advolat ad aliquod novum spectaculum. Hinc ἐν περισάστης, ἀπερισάστης. Hominem ἀπερισάστην describit Arrian. dissert. Epictet. l. 5. c. ad eos qui egest. metuunt, eum videlicet, qui neq; γυραικα neq; μήνα nec quidquam habeat, quod eum quasi circumstet, quem verbo Horatij nulla circumveniant in commoda, εὐκύκλως quod ibi est circum. Virg. stant & oves circum εὐκύκλῳ. Tales erant prisci πόναχοι & anachoretæ. Huic opponitur ἐν περισάστης, quem multæ circumstant περισάστης, discrimina rerum, accidentia vocat Quintilian. περισάστης, vel qui variis circumveniri potest periculis, quomodo rectè Theophyl. dī οὐ ευχόλως εἰς περισάστην ἐμπίπλει περι. Nam ut addit id nihil tam πινδυνῶδες οὐ αμαρτία, quam qui non deponit, implicatur multis περισάστησι. Jam textus attendum: Metaphorā à Cursoribus uritur Apostolus. Hi γυμνοὶ currebant, quare & ἀγώνες γυμνοὶ ne vide- licet οὐκ εσσet, qui retardaret, de quo adi P. Fabr. Agonist. & I. C. Scalig. Hist. c. 22. Ita & vult Apostolus nos nudos μέντρα οὐκον ἀμφέπεροι currere in isto agone Christi, & deponere αμαρτίαν εὐπερισάστην, quā facile impediri possimus περισάστης, vel: quo qui onusti-

sunt iij simul cum illo(nam Metonym. est) inextricabilibus induuntur laqueis. ὅγνας autem est η βάρος τῶν γῆνων πεγμάτων, quod & Philosophi Ethnici quō melius Philosopharentur de posuerunt, ut Democritus, qui omnia sua bona projecterat. Huc respexit Luther. Das vns träge machet. Erasm. inhærens , quod, inquit, facile circumfistat. Vid. Not. ejus in locum, περισάσεις illas quibus ἀμαρτία nos implicat vid. I. Tim. 6, 9.

III.

Ignorantia Linguarum est errorum Hydra.

[Incredibile quantū errorum pariat ἡ φιλολογία. Itacum veteres Pandectas significaturi priorem ejus dictionis literam cum circumflexo sic notarent: π sequentes ανέλληγε existimantes esse digamma γγ. hoc signo notarunt ff. Ita inepti Scarabæi Philosophiam dici voluerunt quasi φύλακα τῆς σοφίας. Ita Optat. Afer. l. 2. adv. Parmenian. Cephas deducit à Græc. κεφαλὴ, quod sputum avidè lingere Bellarmine inquit Cl. Dilherr. Ita vulgo nihil verius putatur, quam Posthumus scribendum atq; esse infantem post humatum parentem natum. Blax vulgus ! Posthumus sine h. est pro postimus s. postremus Virgilij Postuma proles eadem est quam Aufon ep. 14. supremum Æneā satum vocat i.e. ultimum. Ita S. Cyprian. ADAM à quatuor cœli plagis nominatum scribit l. de mont. sin. adv. jud. ut A. sit ἀναπλὴ, Δ, δύσις, Α, ἄρητός, Μ, μεσημβρία. Ita ignorantia Linguæ Græcæ effecit, ut in loco Pauli ad Phil. 2 v. 30. pro παραβολευσίμενος legerint παραβλευσίμενος, ut recte obseruat Isacius Casaubon. Joseph, Scalig. Claud. Salmas. l. de

I. de Ursur. Nam illud παραβολεύως ψυχῆ non est Græcum, hoc παραβολεύεσθαι ἐλληνικῶπον. Gloss. vett. παραβολεύεσθαι periculū facere. Hesych. παραβολεύομεν, εἰς θάνατον εἰσυπό εκδήσ. παραβάλλεσθαι ἄχει θανάτος dixit Zosim. l. 5. in Jovian. Παραβάλλεσθαι τῇ κεφαλῇ, παραβάλλεσθαι τῷ δέρματι, Græci, ita Aptus παραβολεύεσθαι τῇ ψυχῇ. Quò respexit vet. cod. Putean. qui parabolam verrit. Icti enim & ævi istius latini, parabolari dixerunt μόνον δυνατόν. Plura ad Phalarid. ep. 119, ubi dicit παραβάλλεσθαι πελαγίῳ κινδυνῷ.

IV.

Apella non dicitur quasi sine pelle.

[Repugnat enim analogia. 1. Præpositio A. in compositione non ponitur nuda, sed Ab, ita dicimus, absimilis, abnormis, non asimilis, 2. A. privativa particula longa est non brevis, in amens &c. 3. Dicendum fuisset Appellis non Apella, ut imberbis, implumis &c. Investa & impella quis dicet Latinum? Rectè igitur Salmas. statuit fuisse nomen proprium Apellās, Apella.

V.

In tantum, in quantum Latinè dicitur.

[Virg. 6. Æn. In tantum spe ducet avos. Vell. l. 2. occasio in quantum valuerat data esset. Fulgent. epist. ad Chalcid. in quantum memorie entheca subrogare potuit. Paul. l. 7. ad Sabin. L. 36. de LL. In tantum probatum est, ut non fuerit necesse &c. Tertullian. l. 2. Marcion. In tantum dementia mersit. Immensam exemplorum vim apud Barthium illum vid. Adv. l. 24, 3. & l. 16, 6. Græci eodem modo, εἰς ποστον κυμαῖς.

Ad-

Additamentum.

Iterum reparare dico Latinè. Dracont. v. 289.
Rursum reddero Ter. Phorm. 3,3 Marcellin. l. 25.
Rursus redisse ad terras. Sueton. l. l. Rursus repetita
Bithynia. Iterum recudi Scalig. ep. 415. Græc vocant
παλιλογίαν πάλιν ἀν, *μωλεμές αἰεὶ*. Talia sunt, repente
subito Plaut. Milit. ל'פְתָחָת Esa. 30,13. solum tan-
tum. Gen. 14. Num. 12.

Quandoq; bonus dormitat Homerus, apud
Horat. male à vulgo usurpatur.

Antiquus & senex optimis Latinitatis auctori-
bus non differunt [vid. ovid. El. 10. l. 4. trist. & l. 3;
& 7. Plura Adv. Barth.]

S. D. G.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72961705X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72961705X/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72961705X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72961705X/phys_0012)

DFG

I. 2. Ab eodem fonte manat quod *me*
 pro extremo vel certè arduo discrimi-
 tumultu seditioso quasi circumcinct
 quali Phalar. ep. 49. se excidisse pa-
νέρα περισάτων. Budæus : casus circumstan-
 Liv. Tot circumstantib. malis. Tacit.
 Circumsteterat Civilem & alius metus.
 pertas & angustia rerum nascentes cir-
 quasi corona circulatores. Nam ita C-
 cisq; sumitur, turba nimirū quæ advo-
 novum spectaculum. Hinc *ἐν περισάτως*, à
 minem *ἀπερίστατην* describit Arrian. dispe-
 c. ad eos qui egest. metuunt, eum videl-
γυραῖνα neq; *μίνα* nec quidquam habeat
 quasi circumstet, quem verbo Horatii
 veniant in commoda, *ἐκκύκλῳ* quod il-
 Virg. stant & oves circum *ἐν κύκλῳ*. Tale
μόναχοι & anachoretæ. Huic opponit
 quem multæ circumstant *περισάτως*, disci-
 accidentia vocat Quintilian. *περιστίκη*,
 circumveniri potest periculis, quomo-
 ophyl. δι' ἣν ἐυχόλως ἐν περιστών ἐμπίπλει τη-
 dit id nihil tam *κινδυνώδεις* *αἱρατής*, qua-
 ponit, implicatur multis *περιστώσι*. Jam
 dendus : Metaphorà à Curforibus urit.
 Hi γυμνοὶ currebant, quare & ἀγῶνες γυ-
 licet οὐκ εσσet. qui retardaret, de quā
 Agonist. & I. C. Scalig. Hist. c. 22. Ita
 stolus nos nudos *μίνας* οὐκον *ἀποθέμενοι*
 agone Christi, & deponere *αἱρατίαν* εὐπ-
 cile impediri possimus *περισάτως*, vel : c
 B. 3.



the scale towards document